¶ Capl'm quartū de circulis ⁊ motib⁹ planetarū. Et de causis eclypsiū solis ⁊ lune

Notandū q̄ sol habet uni cū circulū ꝑ quē mouet̄ i suꝑficie linee eclyptice. ⁊ ē ecētric⁹ Ecētricus q̄dē circul⁹ d̄r nō oīs circul⁹. sz solū talis q̄ diuidēs terrā in duas ꝑtes eq̄les nō hz cētrū suū cū cētro terre. sed extra Punctus aūt in ecētrico q̄ maxime accedit ad firmamentū appellat̄ aux q̄d interp̄tatur eleuatio. Punctus v̄o oppositus q̄ maxime remotōis ē a firmamēto d̄r oppositio augis Solis aūt ab occidēte in oriētē duo sunt mot⁹. quoꝝ vnus ē ei ꝓprius in circulo suo ecētrico q̄ mouet̄ in omni die ac nocte. 60. minutis fere Alius v̄o tardior ē mot⁹ sphere ipsi⁹ supra polos axis circuli signorū ⁊ ē eq̄lis motui sphere stellaꝝ fixaꝝ. s. in. 100. annis gradu vno. Ex his itaq̄ duob⁹ motib⁹ colligit̄ cursus ei⁹ in circulo signoꝝ ab occidēte in oriētē ꝑ quē abscindit circulū signoꝝ in. 365. dieb⁹ ⁊ q̄rta vni⁹ diei ferep̄ter rē modicā q̄ nulli⁹ ē sensibilitatis

¶ Postq̄z autor exposuit ea in trib⁹ capitulis sufficiēter q̄ in ꝓemio declarare ꝓmiserat in h̄ q̄rto capl'o spēal'r sup mot⁹ planetarū descēdit volēs exponere ea q̄ ꝑncipal'r intēdebant. s. circulos sup q̄b⁹ motus planetaꝝ irregulares respectu ꝑmi mobil' causant̄ atq̄ etiam causas eclypsiū sol' ⁊ lune. ⁊ q̄r motus solis facilior ē oīb⁹ aliis planetis. ipe etiā tāq̄z rex īter alios planetas. q̄re ꝑmo de motu sol' determinat eo ipo ꝑmisso q̄ ad irregularitatē mot⁹ sunt necaria.

Nota ꝑmo vnusq̄sq̄z ex septē planetis vt in ꝑmo capl'o tactū est hz spherā ꝓpriā ſm se totā mūdo ꝯcētricā. i. ſm suꝑficies exteriorē scz ꝯūexā ⁊ interiorē ꝯcauā ſm eā totā spherā sup pol' zodiaci octaue sphere in ducētis annis ſm successionē signoꝝ ꝑ vnū gradum ⁊ 28. minuta mouet̄ Et i. 49. milib⁹ annoꝝ loquēdo natural'r cursuz vel reuolutōem vnā ꝯplet Et hic motus d̄r augiū mot⁹ Et q̄r luna

nō hz augē fixā. ideo ab alijs planetis excipit q̄tū ad motū orbiuz
augem deferentiū. vt iā dcm̄ est. Mouet em̄ tota sphera lune vl' ꝑm
orbes augez lune deferētiū sup axe ꝓprio cui⁹ termini vl' poli distāt
a polis zodiaci ꝑ q̄nq̄z grad⁹ inuariabil'r. Et fit tal' mot⁹ in die natu
rali ꝑ. jj. grad⁹ ⁊. jz. minuta fere ꝯtra successionē signoꝝ h̄ est ab ori
ente ꝟsus occidētē ⁊c̄. ¶ Nota scd̄o sol triplicē hz motū. vnū a ꝑmo
mobili sp̄ in die naturali faciēdo reuolutōem ⁊ h̄ mot⁹ rapt⁹ d̄r ⁊ fit
sup polis mūdi ab oriēte ꝟsus occidētē. Ali⁹ fit ab octaua sphera de
q̄ motu in ꝑmo notabili dcm̄ est. Et lz autor dicat ꝙ in centū ānis
vno gradu moueat̄. Loq̄tur opiniōe Ptolomei q̄ tp̄e mot⁹ dictus
nōdū ꝟe fuit inuent⁹ Terci⁹ mot⁹ est ei ꝓpri⁹ ab occidēte ꝟsus orien
tem In die naturali sup circulo q̄ infix⁹ est ecētrico ꝑ. 59. minuta ⁊
.8. fere scd̄a. Est aūt ecentric⁹ iste in ꝯcauitate toti⁹ sphere ita inclu
sus vt ex vna ei⁹ ꝑte plus accedit ad firmamētū. ex alia aūt ꝑte a fir
mamēto magis remouet̄. Ideo sup alio cētro q̄z mūdi descript⁹ est.
Et ꝑs ecētrici q̄ magis accedit ad firmamētū d̄r aux. q̄ aūt magis
remouet̄ d̄r oppositū augis Et dicta intelligātur| etiā| de ecentricis
alioꝝ planetaꝝ Vel deferētibꝰ centra epicycloꝝ ⁊c̄.



¶ Quilibet aūt planeta tres hz circulos p̄ter solē. scz equātē deferentem ⁊ epicyclū Equans quidē lune est circulus ꝯcentric⁹ cū terra. et est in sup̄ficie eclyptice. Eius ꝟo deferēs est circulus ecētric⁹ nec ē in sup̄ficie eclyptice. imo vna eius medietas declinat ꝟsus septētrionē altera ꝟsus austrū ⁊ intersecat deferens equātē in duobus locis. ⁊ figura intersectionis appellat̄ draco. qm̄ lata est in medio ⁊ angustior versus finē Intersectio igitur illa per quā mouetur luna ab austro in aquilonē appellatur caput draconis. Reliqua vero intersectio p̄ quā mouetur a septētrione in austrū d̄r cauda draconis. Deferētes quidem ⁊ equātes cuiuslibet planete sunt equales. Et sciēdum q̄ tam deferēs q̄ equās Saturni Jouis Martis Ueneris et Mercurij sunt ecentrici et extra superficiē eclyptice. et tamē illi duo sunt in eadem superficie.

¶ Hic autor determinat de circulis planetaꝝ p̄ter solē sup̄ q̄bꝫ mot⁹ planetaꝝ ꝯtingūt. Nota deferēs lune vel alioꝝ planetaꝝ ē orbis habens in se spissitudinē. ⁊ nō ē tm̄ circulus vel circūferētia vt vult autor Et in ꝯcauitate eiusdē orbis spherula parua inclusa est q̄ d̄r epicyclus Orbis ꝟo deferēs vel ecētric⁹ mouet cētrū epicycli ab occidēte ꝟsus oriētē in die vno in Saturno p̄ duo minuta fere Joue per q̄nq̄ minuta Marte p̄. 31. minuta Uenere ⁊ Mercurio p̄. 59. minuta In luna aūt p̄. 13. gradus. et. 11. minuta. ⁊ hic mot⁹ cētri appellat̄. In luna ꝟo mot⁹ medius. q̄ iūct⁹ motui orbiū lune vt supra. 11 gradibꝫ. et. 12. minutis mot⁹ cētri lune p̄ diē emerget. scz. 24. grad⁹ et. 23. fere minuta. Ali⁹ ꝟo ex circulis vt vult autor est epicyclus q̄ etiā nō ē tm̄ circulus sz ē vna spherula q̄ intra se alios orbes includit ⁊ sibi corp⁹ planete infixū ē qd̄ ad motū epicycli mouet̄ in Saturno p̄ diē ad. 57. minuta Joue p̄. 54. minuta Marte p̄. 28. minuta venere p̄. 3. minuta Mercurio p̄. 3. grad⁹. 26. minuta In luna p̄. 13. grad⁹ et. 4. minuta Mouet̄ āt epicycl⁹ lune in p̄te supiori ab oriēte ꝟsus occidētē in p̄te īferiori ab occidēte ꝟsus oriētē In alijs āt q̄nq̄ planetis mot⁹ epicycli ꝯtrario mō se hz. ¶ Itē ali⁹ ex circul' ē equās q̄ ꝓprie circulus vel circūferētia noiat̄ ⁊ ē ecētric⁹ circul⁹ solū imaginatus super q̄ motus cētri epicycli regulariter mouet̄. nā super cētro deferētis irregulariter circūfert̄ In luna aūt null⁹ ē equās. q̄ mot⁹

equalis vel regularis in orbe signoꝝ ꝯtingit Sz est q̄dā orbis mū
do cōcētricus q̄ caput ⁊ caudā draconis in die naturali vltra mo/
tū diurnū ab oriēte versus occidētē ꝑ tria minuta circūducit.




¶ Quilibet etiā planeta p̄ter solē hz epicyclū Et ē epicycl⁹ circulus
paru⁹ ꝑ cui⁹ circūferētiā deferꝛ corp⁹ planete. ⁊ centrū epicycli sp̄ de
ferꝛ in circūferētia deferētis Si igiꝛ due linee ducātur a cētro terre
ita ꝙ icludāt epicyclū alicui⁹ planete vna ex ꝑte oriētis. reliq̄ ex ꝑte
occidētis. pūct⁹ ꝯtact⁹ ex ꝑte oriētis dr̄ statio p̄ma. punct⁹ vero ꝯta
ct⁹ ex ꝑte occidētis dr̄ statio secūda Et qñ planeta ē in alterutra illaꝝ
stationū dr̄ stationari⁹ Arcus ꝟo epicycli supior inter dnas statōes
intercept⁹ dr̄ directio. ⁊ qñ planeta ē in illo tūc dr̄ direct⁹ Arc⁹ ꝟo
epicycli inferior inter duas statiōes itercept⁹ dr̄ retrogradatio. ⁊ pla

neta ibi exñs dr retrogradus. Lune aũt nõ assignat statio directio vel retrogradatio. Unde non dr luna stationaria directa vel retrograda ꝓpter velocitatem motus eius in epicyclo.

¶ Autor in hꝰ loco oñdit qũo q̃libet planeta dẽpto sole hz epicyclũ in q̃ mouet. rõne cuiꝰ motꝰ qñqz est directꝰ qñqz retrogradus qñqz stationariꝰ Nota planeta dr directꝰ qñ motꝰ eiꝰ fit ſm successionem signoꝝ ab occidẽte ꝟsus oriẽtẽ Retrogradꝰ qñ motꝰ eius ẽ ꝯtra successionẽ signoꝝ ab oriẽte ꝟsus occidẽtẽ Stationarius qñ vadit ad retrogradationẽ vel directionẽ. Et ſm hꝰ est duplex statio. Prima cũ vadit ad retrogradatõem Scda qñ vadit ad directõem

¶ Itẽ luna nõ dr retrograda neqz directa ꝓpter motũ eius velocem Sed dr tarda ꝓ retrogradatõe. ⁊ velox ꝓ directõne




¶ Cũ aũt sol sit maior terra necesse ẽ ꝙ medietas sphere terre ad minus a sole sꝑ illuminet ⁊ vmbra terre extẽsa in aere tornatil minua ꝛ in rotũditate donec deficiat in suꝑficie circuli signoꝝ ꝟsꝰ nadir sol

Est aūt nadir solis pūctus directe oppositꝰ soli in firmamēto. Uñ cū in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda draconis sub nadir solis tunc terra interponet̄ soli ⁊ lune ⁊ conus vmbre terre cadet supra corpus lune. Uñ cū luna lumē nō habeat nisi a sole in rei veritate deficit a lumine. Et ē eclypsis gñalis in oī terra si fuerit in capite vel cauda draconis directe. ꝑticularis vero eclypsis si fuerit ꝓpe vel infra metas determinatas eclypsi. Et semꝑ in plenilunio vel circiter ꝯtingit eclypsis. Uñ cū in q̄libet oppōne h̄ ē in plenilunio nō sit luna in capite vel cauda draconis nec supposita nadir solis, nō ē necesse in q̄libet plenilunio pati eclypsim. vt pꝫ in p̄senti figura

Dic autor in h̄ loco vltimo de eclypsibꝫ ꝓsequit̄. ⁊ primo de eclypsi lune q̄ fit solū in plenilunio vel prope ⁊c̄.



¶ Dū fuerit luna in capite vel cauda draconis vel ꝓpe metas supra dictas ⁊ in ꝯiūctōe cū sole tūc corp⁹ lune interponet inter aspectum nostrū ⁊ corp⁹ solare Unde obumbrabit nobis claritatem solis. ⁊ ita sol patiet eclypsim. nō qꝛ deficiat lumine. sꝫ deficit nobis ꝓpter interpositionē lune inter aspectū nostrū ⁊ solē. Ex his patꝫ ꝙ sp debet esse eclypsis solis in ꝯiūctōe siue in nouilunio.

¶ Autor de eclypsi solis in hoc loco determinat ⁊ quomodo fieri habeat causas assignat.

¶ Notādū etiā ꝙ qñ ē eclypsis lune ē eclypsis in oī terra. sꝫ qñ ē eclypsis solis neq̄q̄ꝫ. imo ī vno climate ē eclypsis solis. ⁊ in alio nō qd̄ ꝯtingit ꝓpter diuersitatē aspect⁹ in diuersis climatib⁹ Unde Uirgili⁹ elegātissime naturas vtriusqꝫ eclypsis sub ꝯpēdio tetigit dicens Defect⁹ lune varios solisqꝫ labores Ex p̄dictꝭ pꝫ ꝙ cū eclypsis solis

esset in passione dñi. ⁊ eadē passio. eēt in plenilunio. illa eclypsis so
lis nō fuit naturalis īmo miraculosa ɔtraria nature. qꝛ eclypsis so
lis in nouilunio vel ꝓpe debet ɔtingere Propter qđ legit̄ Dionysi
um areopagitā in eadē passione dixisse. aut deus nature patit̄. aut
mundi machina dissoluetur.

¶ Autor finaliter suū librū ɔcludēdo eclypsim solis q̄ in passione
dñi apparuit supnaturalē fore attestat̄ Primo tñ qđdaꝫ notabile
de solis ⁊ lune eclypsibꝫ adducit volēs ꝙ eclypsis lune cū totalis fue
rit sit totalis in oī terra. Solis āt eclypsis lꝫ qñqꝫ in vna regione to
talis apparet. nō tñ in oī. hꝰ aūt ꝓuenit ex aspectꝰ diuersitate Quia
sol ex q̄ nūqꝫ deficit a lumine. ideo q̄busdā luna totaliter interponit̄
q̄busdā ꝑtialiter. q̄busdā ꝟsus septētrionē. q̄busdā ꝟsus meridiem
quēadmodū nubes qñqꝫ supponit aliquā ꝑtē terre ⁊ nō aliā obum
brās Ita fit de eclypsi solis Et autor tm̄ de eclypsibꝫ solis ⁊ lune lo
quit̄ ⁊ nō alioꝝ planetaꝝ. facit hꝰ ideo. qm̄ ille eclypses sunt notabi
les. alie ꝟo minꝰ ꝑceptibiles. ¶ Nota Athene ciuitas in Attica re
gione p̄clarissima in tres ꝑtes p̄ncipales fuit distincta. vna portus
vocabat̄ q̄ fuit ꝟsus mare. vt naues applicarēt. ⁊ illa Neptuno deo
maris erat ɔstructa Alie fuit Palladis in q̄ viri bellicosi habitaue
rūt. ⁊ hec fuit dee belli dedita Pallidi Tertia vocabat̄ Areopagus
in q̄ habitauerūt phi. ⁊ in eadē ꝑte studiū viguit Et đr Areopagꝰ
ab ares. i. mars. ⁊ pagꝰ qđ ē villa. q̄si martis villa. a q̄ noīatus fuit
Dionysius Areopagita. ipe em̄ fuit ductior in illa. ⁊ potentior inter
phos magister magnꝰ Qui dū legēs studentibꝫ suis tꝑe oppōnis
dixit īpossibile eē Solē eclypsari sole ⁊ luna in oppositis tꝑibꝫ ple
ne exñtibꝫ his ꝟbis dictis Sol eclypsabat̄ Et sic ꝑterritꝰ corā disci
pul' dixit. Aut deꝰ nature patit̄. aut mūdi machina iā dissoluet̄. q̄a
illā eclypsim ɔtra naturā eē sciuit. q̄re ꝓmisit vnū ɔstruere altare in
tēplo palladis noīe ignoti dei. qꝛ ibi plures deos colebant. Postea
sctūs Paulꝰ illū p̄dicauit q̄ sic passus eēt quē ꝓ ignoto deo colerēt.
Quare Dionysiꝰ ⁊ multi alij cognitōem istiꝰ dei ignoti ɔsequuti sꝫ
et ad vitā eternā ɔducti possidēdā Quā nobis prestare dignetur.
Qui viuit ⁊ regnat deus in secula ⁊ vltra Amen

¶ Tractatꝰ spherico dñi Joānis de Sacrobusto Astronomice
phie ɔtēplatoris admirādi. ꝑ egregiū magistrū Uuencelaū fabri
de Gudweyß Medicine doctorē expolito ɔmētariolo illustratꝰ fi
ne claudit̄ peroptato. Impressus Colonie in officina īgenuoꝝ Li
beroꝝ Quētell. Anno supra. M. d. octauo. in vigilia Conuersionis
euāgelice tube. ⁊ doctoris gētiū Apostoli Pauli.

z · all · ro ·



LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

R G B W G K C Y M

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimeters 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf